



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

192. An si pars dilatet tempus absolutionis ad reincidentiam à iudice
factæ, incurratur, elapso tempore excommunicatio, vel necesse sit aliam
excommunicationem ferre? Ex p. 5. tr. 9. res. 22.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

Illud dicas, æque graviter alter punitur, & propter eandem culpam bis puniri nequit. Habet igitur utraque sententia auctores & rationes pro se. Vnde mensio Ioan. Præpositus in 3. p. quæst. 1. de cens. in comm. dub. 15. n. 113, utramque probabilem esse putavit.

4. Notandum est hic obiter contra Avilam, quod qui potest absolute absolvere, potest etiam ad reincidentiam, quamvis excommunicare non possit, quia absolvens ad reincidentiam, non est qui secundum excommunicat, sed ille qui primò excommunicavit. Ita ex Suarez Hurtado ubi supra n. 14.

RESOL. CXCH.

An si pars dilatat tempus absolutionis ad reincidentiam à iudice factæ, incurritur, elapsi tempore, excommunicatio, vel necesse sit aliam excommunicationem ferri? Ex part. 5. tr. 9. Ref. 2.

§. 1. Ad hunc casum ita respondet Villalobos in sum. tom. 1. tract. 16. diff. 23. num. 4. [Quando la parte concede al juez que le absolvan ad reincidentiam, por quinze dias, y antes que se cumpla el termino, lo alarga la parte por otros quinze dias, en tal caso hasta que se cumplan todos los treynta dias no incurte la discomunion, como dicen Abad, Decio, Felino, Suarez, Covar, y Rebuso, el qual dize que es comun. La razon es, porque el termino del juez fue en favor de la parte, y assi ella le puede proregar, como tambien remitiendo la parte el juramento que en su favor se haze, le remitte Dios, como dize un texto. Y la prorogacion siempre se entiende con todas las calidades y clausulas de la cosa que se proroga, como consta del derecho. Algunos Doctores tienen que en esto caso no se incurte la censura, sino se pone de nuevo: assi parece que lo tienen Sylvestro, Navar. Pedraza, y Juan Guttier. fundase en que la intencion del juez fue hasta el primero termino, assi pasando de ai, no incurte sin nueva sententia. La opinion contraria me parece llevar mucho mas camino, y la tienen muchos mas Doctores, y mas graves.] Sic ille, & ego huic posteriori sententia tanquam probabiliori adhaereo, quicquid in contrarium dicat etiam Henriquez lib. 13. cap. 2. Dico igitur elapso termino à parte prorogato incurri excommunicationem absolute novo consensu iudicis ex vi præcepti à principio facti, & lationis excommunicationis ei annexæ, quia iudex, qui præfixit terminum, v.g. trium dierum, ut intra illum fiat aliquid, v.g. solutio, non præfixit illum ad finiendum intra illum suum præceptum, & lationem excommunicationis ei annexæ, sed tantum ad finiendam permissionem, aut licentiam differendi impletionem sui præcepti; ergo etiam post terminum à iudice præfixum, & post terminum à parte prorogatum, perseverat præceptum iudicis, & annexio excommunicationis, ac proinde ex vi lationis, excommunicationis in principio factæ absque novo consensu iudicis incurritur excommunicatio, non quia pars directè & potestativè differt præceptum & lationem excommunicationis, sed quia differendo, seu suspendendo obligationem naturalem in actu secundo v.g. solvendi, cui iudex præcepit satisfieri à debitore, consequenter, & indirectè differt, & suspendit præceptum iudicis, & lationem excommunicationis ei annexæ. Et ita docet Hurtado disput. 13. de excomm. diff. 5. num. 15. & Ioan. Henriquez in Compend. cas. mor. cap. 20. num. 5. & 6. cum Sanchez in summa tom. 1. lib. 4. cap. 55. num. 5. & 6.

Tom. V.

RESOL. CXCIH.

An ab excommunicatione lata ab homine generaliter, quando non reservatur possit absolvere Parochus, seu alius Confessarius, qui potest ab excommunicatione à jure lata non reservata? Ex part. 5. tractat. 9. Resol. 4.

§. 1. Negativam sententiam tenet mordicus Suarez de cens. disp. 7. sect. 2. num. 2. Valquez de excomm. dub. 19. num. 10. & Philippus Faber de cens. ult. in 4. sent. disp. 25. q. 1. disp. 4. cap. 8. num. 241. quia, ait revera excommunicatio generaliter lata contra quoscunque, qui aliquod delictum fecerint, non est excommunicatio à jure, cum non sit registrata in corpore juris, neque sit statutum aliquod, quia hoc respicit futurum, & est de peccatis futuris non factis; hæc autem est de peccatis, seu excessibus factis & præteritis, ergo debet de ea judicari, sicut de excommunicationibus latis ab homine decernitur in jure: de illis autem decernitur quod non possint absolvi, nisi à iudice, qui illas posuit, vel à suo Superiore, ut aperte habetur c. nuper, de sentent. excomm. §. 4. & 5. in quo ponitur discrimen inter excommunicationem ab homine, & à jure. & excommunicationem ab homine dicitur non relaxari, nisi à iudice eam ferente, vel ab ejus Superiore, excommunicationem vero à jure posse relaxari ab Episcopo, vel à Parocho, ergo dicendum est excommunicationem generalem non posse relaxari, nisi à iudice, qui illam tulit, vel à suo Superiore, ut dictum est de aliis excommunicationibus ab homine.

2. Sed ego puto sententiam affirmativam esse tenendam, quam tenet etiam Cornejo in 3. p. tr. 5. de excomm. disput. 11. dub. 3. Sæver. absolutio ab excommunicatione, num. 15. Coninch de censur. disput. 14. dub. 16. num. 257. Avila de cens. part. 2. cap. 7. disput. 1. dub. 8. Henriquez lib. 13. cap. 28. num. 5. Layman tract. 5. p. 1. cap. 7. num. 3. & Hurtado de excomm. disput. 15. diff. 6. num. 21. quia cum absolviendo à dicta excommunicatione non turbetur tribunal iudicis illam ferentis, eo ipso quod ejus absolutio non reservatur, committi videtur cuicumque, qui potest absolvere à peccato, ob quod incurritur, non minus quam absolutio ab excommunicatione à jure lata, quamvis in dicto cap. nuper, id non exprimitur, cum eadem ratio, ob quam id declaravit Pontifex de voluntate legislatoris lege, seu jure excommunicantis, non reservantis, curat etiam pro excommunicatione lata generaliter ab homine eam non reservante: ex dictis constat ab excommunicatione majori lata generaliter ab homine (etiam à Papa, ut homine, id est, non medio jure, sed media sententia, aut medio præcepto transitorio) quando non reservatur, posse absolvere quemcumque, qui potest à peccato, ob quod imponitur absolvere.

3. Nec valet dicere quod talis censura est simpliciter ab homine, & non à jure, ut juxta juris regulam, ex capite inferior, distinct. 25. cap. verbum, de penit. distinct. 1. capite prudentiam §. 6. de officio delegat. capite ad reprimendam, & capite pastoralis, §. præterea, de officio ordinarij, censura ab eo tollenda est, à quo lata fuit, aut ab ejus Superiore, eo quod non minor requiratur jurisdictio ad absolvendum, quam ad ligandum, & inferior non possit in censuram latam à Superiore. Sed huic fundamento fit satis ex supradictis, nam eo ipso quod hæc censura generalis æquiparatur censuræ latæ à jure, & Superior, à quo imposita est, eam non reservavit, videtur absolutio.

K 2 nem